

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCCCXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

lassen uffrichten als ander vnd Wir Margraff Rüdolff &c. vnd des zu einem waren vesten erkund so haben Wir Margraff Rudolff für Uns und Unser Nachkommen, und wir Ayt Cristofferus unser aptige und der Convent unser gemein Conuent Insigel lassen hencken an disen Brieff der zwen glich geben sind vff fritag vor unser lieben frowen Tag Natiuitatis zu herbst als man zalt nach der geburt Cristi Unsers Herren Thusent vierhundert sibentzig und Siben Jare.



CCCCXV.

EPISTOLA GEORGII EPISCOPI METENSIS AD
MONCALERIENSES SUPER MIRACULA BERNHARDI
MARCHIONIS, FRATRIS SUI.

ANNO MCCCCLXXVIII

Ex Libro: La Corte sanctificata pag. 115.

Magnifici, & Generosi Viri, Amici nostri Carissimi, salutem. Audiuimus iamdudum ab illis, qui ex his oris ad nos veniunt; gloriosum, & immensum Deum in Ecclesia S. Marie de Montecalerio Taurin. Diœcesis meritis, & intercessionibus bonæ memoriæ Bernhardi ex Marchionibus Badensibus, cujus corpus in ea est inhumatum Ecclesia, innumera, & crebra facere signa, & miracula: & licet sæpe numero pulsati fuerimus,

Cod. Dipl. P. II.

Fff 2

ut super illius exaltatione operam daremus ; tamen ne propriam quaritare laudem intueremur , hucusque in ea requievimus : & cum hujusmodi signa , & miracula in dies efficiantur notiora , cogimur profecto ad Nobilitates vestras aliqua dare scripta , cupientes intelligere vestram in ea re , ac etiam aliorum Nobilium , & Procerum patriæ opinionem quisve actus , quis ordo , & qui modus circa ea signa , & miracula geri debeant ; & an super memorati Bernhaldi canonizatione , & per quos fieri debeant instantiæ , ne quidquam temere & impudenter agatur. Quamobrem etiam cum idem Bernhaldus in Ecclesia S. Stephani Oppidi nostri de vico non paucis & signis , & miraculis , ut asseritur , resplendeat , enixissime rogamus Nobilitates vestras , illasque studiosissime deprecamur , ut per presentes Oratores nostros de opinione vestra , & quid eo in negotio vos , & Primate Patriæ censeant , certiores efficere non pigeat : an vero quiescendum , & omnia relinquere divinæ dispositioni : an vero ipsius Bernhaldi Canonizationi operam dandam esse , ne quidquam inconsulte , & minus caute agamus. Nam adepta opinione vestra , & communicatis cum nonnullis Consiliariis nostris consilio , deliberabimus quid circa ipsius Bernhaldi exaltationem erimus acturi. Altissimus Nobilitates vestras conservare dignetur incolumes. Dat. ex Oppido nostro de Vico die duodecima Februarij. M CCCC LXXVIII. more Meten.
